

THESIS. — *Mundanus ordo arguit existentiam Dei.*

Prob. — Ordo aut consideratur in singulis mundi partibus, aut consideratur in universo mundo, aut tandem consideratur in sua constantia. Hinc argumentum physicum tripartitur.

I. — Quilibet ordo expostulat causam intelligentem; ipse enim proprie consistit *in apta dispositione mediorum ad finem*; finis vero mediaque, praecise ut finis et media, non nisi ab intellectu, h. e. a facultate perceptiva universalium, dignoscuntur. Iam in singulis rebus naturalibus, in crystal-
lis, in plantis, in animalibus, ordo adspicitur qui nunquam satis mirari potest. Ergo admittenda est causa intelligentissima quae res tam ordinatas construxerit (1). Sed causam hanc nos Deum appellamus. Ergo...

existentibus haurit suam scientiam; ast non habent in ordine physico suum fundamentum ontologicum, nimirum obiectivitatem, certitudinem suam. Hoc adeo verum est, ut, etiamsi neque homines, neque ulla alia res in mundo existeret, scientiae omnes, cum speculativae, tum practicae, in se consideratae, semper verae certaeque essent; nec ipsae supponunt ordinem physicum, sed, ex adverso, ordo physicus supponit ipsas, insuper et mentem primam quae, ipsis informata, ad ipsarum normam ordinem physicum produxerit, postea mentibus nostris, una cum esse, vim communicaverit, per apperceptionem ordinis physici, assurgendi ad earum cognitionem. Age vero, mens prima, quam dixi, nequit esse *impersonalis*, ut volunt nuperi; nam mens impersonalis, aut existit, aut non existit. Si primum, iam non est impersonalis; sin alterum, nequit considerari tanquam fundamentum et causa ullius rei, et eo minus tanquam fundamentum et causa totius ordinis physici, logici, ethici. Ergo admittenda est mens prima, personalis, personalissima, quae Deus audit.

(1) « E' non è effetto alcuno in natura, per minimo che e' sia, all'intera cognizion del quale possano arrivare i più speculativi ingegni. . . . »

SAGR. « . . . Tra gli uomini vi sono alcuni, che intendon meglio l'agricoltura che molti altri; ma il saper piantare un sermento di vite in una fossa, che ha da fare col saperlo far barbicare, attrarre il nutrimento, da quello scerre questa parte buona per farne le foglie, quest'altra per formare i viticci, quella per i grappoli, quell'altra per l'uva, e un'altra per i fiocini, che son poi l'opera della sapientissima natura? Questa è una sola opera particolare delle innumerabili che fa la natura,

II. — Non solum in unaquaque re, sed etiam in universa rerum compagine ordo elucet. Totus enim mundus licet ex rebus innumeris, diversissimis ac saepe etiam oppositis, confletur, tamen ita est comparatus, ut, quemadmodum observatio communis scientiaeque omnes una voce proclamant (1), in ipso *singula quaeque locum teneant sortita decenter*. Nunc age, ordo quo magis extensus atque implexus est, eo manifestius revelat sapientiam causae ordinatricis. Sed causa huiusmodi est quam Deum vocamus. Ergo...

III. — Mundanus ordo mira etiam constantia gaudet, manifesta omnibus ac praesertim scientiarum cultoribus, qui

e in essa sola si conosce un'infinita sapienza: talchè si può conchiudere, il saper divino esser infinite volte infinito.

SALV. « Eccone un altro esempio. Non diremo noi che 'l sapere scolpire in un marmo una bellissima statua ha sublimato l'ingegno del Buonarroti assai assai sopra gli ingegni comuni degli altri uomini? E questa opera non è altro, che imitare una sola attitudine e disposizione di membra esteriore e superficiale di un uomo immobile: e però, che cosa è in comparazione d'un uomo fatto dalla natura, composto di tante membra esterne ed interne, dei tanti muscoli, tendini, nervi, ossa che servono ai tanti e sì diversi movimenti? Ma che diremo dei sensi, delle potenze dell'anima, e finalmente dell'intendere? Non possiamo noi dire, e con ragione, la fabbrica di una statua cedere d'infinito intervallo alla formazione d'un uomo vivo, anzi anco alla formazione d'un vilissimo verme? » (GALILEO GALILEI, *I Dialoghi sui mass. sist.*, Gior. prima).

(1) « Ordine dell'universo!... Ecco ciò che si rivela da sè, anch'alla mente più limitata; ecco ciò che riesce parlante nei più piccoli come nei più grandi fenomeni della natura... Gli antichi ammirarono quest'ordine benchè non conoscessero delle leggi che governano il *cosmos*, che quanto si rivela all'occhio del volgo. Il giro del sole, la danza delle stelle, il succedersi delle stagioni, del giorno e della notte sono fenomeni affatto volgari, ma pur bastanti a ingenerare nella mente, anche degli uomini più selvaggi, l'idea dell'ordine, la quale include l'idea d'una sapienza ordinatrice.

» La scienza moderna ci allargò assai la via dell'analisi, e ci permise di figgere gli sguardi nei penestranti dell'atomo per istudiarne l'ordito, o di lanciarli nell'immensità dello spazio, in cerca di nuovi mondi, che sembrano moltiplicarsi ad ogni istante, come spore fluttuanti nei campi sconfinati del cielo. Ma il naturalista, il fisico, il chimico, l'astronomo, di ritorno dalle loro peregrinazioni, non seppero che ridirci le meraviglie dell'ordine, senza poter trovare parole sufficienti per esaltare le finezze dell'economia dell'universo » (STOPPANI, *Acqua ed aria*, Conf. I).

nonnisi de naturae *legibus* loquuntur, et continuo operam navant in detectione *legum* novarum. Iam constantia ordinis in rebus multiplicibus, caducis, diversis, imo saepius contrariis, evidenter arguit causam sapientissimam, quae naturas omnes ab initio compertas haberet, omnes possibles earum collationes praecognosceret easque solas deligeret, quae, aut nunquam ad collisionem pervenirent, aut si pervenissent, per oppositam rerum vicissitudinem, denuo ad congruam dispositionem redirent. Ergo... (1).

Coroll. I. — Commiseratione, potiusquam confutatione, se dignos praestant *pessimistae* (Leopardi, Schopenhauer...) autumantes hunc mundum pessimum esse, nulla intelligentia effectum, nulla providentia gubernatum.

Coroll. II. — Helleboro curandi epicurei et generatim materialistae sectatores atomismi puri. Revera hi (praeterquam quod: — *a*) falso materiae, i. e. atomorum, aeternitatem atque improductionem statuunt; — *b*) motus mechanici, quem atomis tribuunt, nullam causam assignare valent eo quod nonnisi atomos et vacuum admittunt; — *c*) sine ulla ratione, imo contra omnem rationem conantur reducere omnia phaenomena physica, chimica et psychica ad puros motus atomorum) videntur delirare quum ex atomis temere divagantibus fingunt prodire potuisse ordinem adeo mirum, universalem, constantem. « Ego », ait ad rem Cicero, « non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat

(1) « La terra ci apparve regolata a guisa di una grande famiglia, composta di figli titanici, dalle braccia erculee, dal volto terribile, facili all'ira, spesso turbolenti; sono i formidabili elementi che sembrano ad ogni tratto voler sommergere il mondo in una guerra di morte. Ma tutti obbediscono al cenno del padre di famiglia, più forte di tutti, provvido e sapiente, che distribuisce gli uffici, dirige i lavori, temprà le ire, raffrena le smanie; e tutte servono all'ingrandimento della casa, sicchè dove tutto par che minacci il disordine e lo scompiglio, si respira un'aria di tranquillità patriarcale. La terra è anche, se volete, una grande officina, dove è tutto un girare di ruote vertiginose, un cigolare di perni, uno stridere d'ingranaggi, un ardere di fuochi, un turbinare di acque. Si direbbe un caos; ma i prodotti che escono da codesto caos, grandiosi del pari che portati al massimo grado di finimento, attestano la potenza del pari che la perfezione dei meccanismi » (*Idem, ibidem*).

corpora quaedam solida atque individua vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formae litterarum, vel aureae, vel quales libet aliquo conviciantur, posse ex his in terram excussis, annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici... Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? Quae sunt minus operosa, et multo quidem faciliora » (*De nat. Deorum*, lib. 2). Et Lactantius: « Quanto melius fuerat tacere, quam in usus tam miserabiles, tam inanes habere linguas! Et quidem vereor, ne non minus delirare videatur, qui haec putet refellenda » (*De ira Dei*, c. 10).

Obi I. — Ordo mundanus eiusdemque constantia deducenda sunt a legibus physicis, seu naturalibus, non autem ab alio ente extra naturam posito. Ergo...

R. — *Dist. ant. et nego cons.* Ordo mundanus eiusdemque constantia deducenda sunt a legibus naturalibus proxime, *conc.*; remote, *nego*. Leges arguunt legislatorem, sicut ordo arguit ordinatorem. Ergo...

Inst. — Leges naturales necessario resultant ab ipsis rerum essentiis.

R. I. — Leges naturales necessario resultant ab ipsis rerum essentiis tamquam a causa proxima, *conc.*; tamquam a causa remota et ultima, *nego*; enimvero — 1), sicut iam probavimus in paragrapho superiori, res non existunt, nisi quia Deus eas produxit; — 2), sicut probavimus in tertio capite Theologiae naturalis, res non perseverant in existentia, nisi quia Deus eas conservat.

II. — Leges naturales necessario resultant ab ipsis rerum essentiis necessitate absoluta, *nego*; necessitate hypothetica, i. e. positis quibusdam conditionibus contingentibus, *conc.* Effectus seu operationes rerum physicarum, et consequenter leges physicae (quae definiri solent: *modi constantes et uniformes quos agentia physica servant in agendo*) ab essentiis rerum necessario resultant, si ipsae essentiae: — 1) in esse reducuntur; — 2) in esse conservantur; — 3) sunt numero

sufficienti; — 4) habent quantitatem, distantiam, vel propinquitatem debitam, motum cum velocitate et directione convenienti; — 5) non impediuntur in explicationibus suis, aut non evehuntur ad altiores effectus producendos, ab aliquo agenti superiori. Iam positio duarum primarum conditionum, ob res expositas, a Deo repeti debet. Quoad positionem aliarum conditionum idem tenendum est, nam: — 1) sola intelligentia suprema praescire poterat quot rebus essentialiter diversis, quanam singularum quantitate, quanam dispositione, distantia, motu, opus erat ad obtinendam mirabilem hanc mundi machinam; — 2) sola intelligentia omnino independens efficere poterat ut, quae ab ipsa initio praevisa atque decreta fuerant, processu temporis adamusim absolventur, sine obstaculo aliarum intelligentiarum quarum existentiam, in secunda Pneumatologiae parte, comprobavimus,

Obi. II. — In natura multa facta sunt, multa quoque continuo fiunt plane inutilia. Sed sapientis non est inutilia facere. Ergo...

R. — Si inutilia vocamus quorum finis a nobis ignoratur, *conc. mai.*; secus *nego*, et *conc. min.*, *nego cons.* Naturalistae et philosophi non cessant conclamare existentiam in natura legis utilitatis, quae sic exprimitur: *natura nihil frustra molitur* (1). Ergo...

(1) « Tutta la terra è per dir così, fabbricata coi ruderi splendidissimi di mille mondi sfasciati, e quanta parte di quei ruderi immensi non sono che cumuli di spoglie di infinite generazioni che hanno vissuto non viste dall'uomo! Quanto spreco!...

« Ma chi pensa così, arriva forse or ora da lontani paesi, sopra un carro spinto a furia dal vapore, che riceve la forza da un carbone riposto gelosamente in seno alla terra milioni d'anni or sono, in quell'epoca meravigliosa che perciò si disse carbonifera: la via è lastricata di ferro, che trovossi immagazzinato a lato del carbone nell'epoca stessa. Quest'uomo gusta ogni giorno le vivande condite col sale già da migliaia e migliaia d'anni accumulato nelle saline dell'epoca triasica. Ha forse appena ammirato una statua sul cui volto — *Balena l'immortal raggio dell'alma*, — una grandiosa metropoli, senza pensare che, migliaia e migliaia d'anni or sono, milioni e milioni di animaletti, quasi

Obi. III. — Existentia mali nullo modo componi potest cum existentia Dei sapientissimi ac potentissimi. Sed quamplura sunt mala in mundo. Ergo....

R. — *Nego mai.*, *conc. min.* et *nego cons.* Malum est vel metaphysicum, vel physicum, vel morale. Atqui: — 1) malum metaphysicum, stricte loquendo, non est malum, quippe non consistit nisi in perfectionum limitatione, quae est inseparabilis ab omni creatura; — 2) malum physicum, ut dolor, sequitur necessario malum metaphysicum et subordinationem naturarum inferiorum naturis superioribus; unde, si sub quodam aspectu est malum, sub altero est bonum, est nempe medium ad obtinendas perfectiones superiores atque ordinem generalem; — 3) tandem malum morale sequitur et ipsum malum metaphysicum: at, non necessario, sed libere, propter abusum voluntatis in homine: Deus autem illud unice permittit, quia adeo potens et bonus est, ut etiam ex ipso bona eliciat. — « Cum Deus », ait S. Thomas, « sit universalis provisor totius entis, ad ipsius providentiam pertinet ut permittat quosdam defectus esse in aliquibus peculiaribus rebus, ne impediatur bonum universi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent universo. Non enim esset vita leonis, si non esset occisio animalium: nec esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. Unde dicit Augustinus (*Enchir.* cap. II): Deus omnipotens nullo modo sineret ma-

immensa moltitudine di servi obbligati al lavoro, ne prepararono i materiali candidi o colorati, monocromi o variopinti.

» Eccovi, o signori, il punto supremo a cui attinge filosofando il geologo. Questo punto supremo è la scoperta dello *scopo finale* di tutti quei fenomeni, di tutti quegli avvenimenti, di cui s'intesse la storia del globo che egli si studia di narrare. Lo scopo finale dell'ordine dell'universo, in quanto si può contemplare e sperimentare guaggiù; di quell'ordine che abbraccia il passato come il presente, non dimenticando indubbiamente l'avvenire. Questo scopo finale è l'uomo, che trova realmente come tutto serve mirabilmente al suo sviluppo fisico, intellettuale e morale; che sentesi così sollevato al di sopra della sensibile natura, signore degli spazii e dei tempi, collocato in quel seggio che il Creatore gli ha preparato fin dal principio del mondo » (STOPPANI, loco cit.)

lum aliquod esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens et bonus, ut bene faceret etiam de malo « (*S. Th.*, I, q. XXII, a. II, ad 2).

§ III. ARGUMENTUM PSYCHOLOGICUM.

Argumentum psychologicum non desumitur ab ipsa essentia animae nostrae, quae, uti contingens atque immaterialis, non nisi a Deo per creationem oriri potuit; nec desumitur ab ordine spectabilissimo qui effulget inter multiplices eius potentias, intellectivas, sensitivas, vegetativas; sed proprie desumitur ab innatis seu naturalibus eius tendentiis in verum ac bonum infinitum.

THESIS. — *Naturales tendentiae animae nostrae arguunt existentiam Dei.*

Prob. — Intellectus noster fertur in infinitum seu absolutum verum: cuius rei signum est quod, finito aliquo vero apprehenso, intellectus conatur aliud atque aliud indesinenter apprehendere (*Cont. Gent.* lib. I, c. LIII) (1).

Sicut intellectus noster fertur in infinitum verum ita nostra voluntas fertur in infinitum bonum; idque naturaliter, necessario, ita ut nequeat intellectus cogitare bonum infinitum, absolutum, beatitudinem, quin statim voluntas in illam feratur (Cfr. pag. 206).

Nunc age; inter leges cosmicas recensetur *lex utilitatis*, qua fit ut in natura nihil sit frustra. Sed frustranea prorsus, imo contradictoria foret naturalis tendentia intellectus et

(1) « Io veggo ben che giammai non si sazia
Nostro intelletto, se il ver non lo illustra,
Di fuor dal qual nessun vero si spazia.

Posasi in esso, come fera in lustra,
Tosto che giunto l'ha: e giugner puollo;
Se non, ciascun disio sarebbe *frustra* »

DANTE, *Parad.* c. IV.

voluntatis nostrae in infinitum verum atque in infinitum bonum, si verum bonumque huiusmodi non existerent. Ergo...

Schol. — Suppositio non existentiae veri et boni infiniti, quod naturalem hominis finem constituit, eo magis repugnat, quo magis homo praecellit caeteris rebus mundi sensilis. Et vero natura, quae sollicite providit ne animalia bruta et aliae species rerum inferiores deciperentur in suis instinctis seu tendentiis, nonne sollicitius idem efficere debuit in gratiam hominis, qui est velut fastigium et corona omnium, et ad quem ipsa omnia retulit? Si natura aliter egisset, ipsa, quae sapientissimam ceteroquin semper se prodit, simul insipientissimam se prodidisset: retulisset enim omnia ad ens imperfectissimum, quod inutiliter viveret, imo non viveret nisi propter suam miseriam et cruciatum.

Obi. I. — Ex hoc quod intellectus noster nullo finito vero et voluntas nostra nullo finito bono satiantur, sequitur quidem animam nostram tendere in verum et bonum *indefinitum*, sed minime sequitur ipsam tendere in verum et bonum *infinitum*.

R. — *Nego*, etenim *indefinitum* (quippe quod non exprimit nisi carentiam in nobis cognitionis limitum alicuius rei) utpote tale non est quid obiectivum, sed subiectivum, non est quid reale, concretum, sed ideale, abstractum. Atqui res idealis, abstracta, nedum esse possit finis hominis, nequit esse finis cuiuslibet rei (1).

Obi. II. — Si, quia inest homini desiderium boni infiniti,

(1) « Forse si dirà: l'analisi della natura umana ci manifesta, è vero, una intelligenza non ristretta a contemplare un vero particolare, ed una volontà non limitata ad un bene particolare, ma tra il dire che l'obbietto adeguato della intelligenza non sia questo o quell'altro vero, e l'obbietto adeguato della volontà non sia questo o quell'altro bene, e l'affermare che l'obbietto adeguato dell'una e dell'altra sia Dio, vi è qualche divario. Imperocchè nel primo caso si nega solo la limitazione di tendere ad un obbietto particolare; e quindi si assegna per obbietto della intelligenza il vero indefinito, e per obbietto della volontà il bene indefinito; ove nel secondo caso si fa termine di quelle potenze l'infinito; cosa tanto falsa, quanto la confusione dell'infinito coll'indefinito.

Grave difficoltà sembra questa; ma io credo che una riflessione più

naturae muneris esset tale desiderium explere, sequeretur cuncta hominum desideria, ut secundaria et vilia, sine expletione remanere non posse. Ast id a veritate manifeste abhorret. Ergo...

R. — *Nego mai., conc. min. et nego cons.* Solum desiderium boni infiniti, ut in Anthropologia ostendimus, est universale, necessarium in omnibus hominibus, ac proinde a natura procedens; caetera sunt desideria particularia, libera, ac proinde a voluntate nostra dependentia. Ergo natura, si vere sapiens est, quemadmodum ipsi materialistae, evolutionistae, etc., affirmant, tenetur quidem efficere ut nostrum desiderium boni infiniti expleri possit, sed non tenetur efficere ut pariter expleri possint caetera alia nostra desideria.

Obi. III. — Theistae docent desiderium felicitatis nunquam in reprobis expleri. Ergo, iuxta ipsos quoque, desiderium felicitatis, licet necessarium et naturale, sine contradictione potest inexpletum remanere.

R. — *Dist. antec.* Iuxta doctrinam theistarum numquam explebitur desiderium felicitatis in reprobis ob culpam ab ipsismet libere commissam *conc.*; ob impossibilitatem et

saggia e profonda basterà per trionfarne. Voi già sapete la distinzione tra l'indefinito e l'infinito; quello significa l'impotenza in cui noi siamo di assegnare un limite all'obbietto del nostro atto cogitativo; questo esprime la pienezza obbiettiva delle perfezioni nell'essere pensato. Il primo dunque è subbiettivo, il secondo è eminentemente obbiettivo. Questa semplice nozione e distinzione dell'indefinito dall'infinito basta a dimostrare come il fine ultimo dell'uomo non possa essere il vero ed il bene indefinito, ma il vero ed il bene infinito cioè Dio. Difatti il fine ultimo di un essere non può essere un astratto, ma un concreto, non il nulla, ma l'essere. Ora l'indefinito esprime una sola negazione subbiettiva, non una realtà; dunque esso non che costituire il fine dell'uomo, non può neanche essere il fine naturale e il compimento di alcun essere. Se l'intelligenza umana non è ristretta a contemplare alcun vero particolare e limitato, e la volontà non è ristretta di tendere ad un bene limitato cioè è appunto perchè l'obbietto adeguato dell'una e dell'altra è il vero ed il bene senza limiti; il vero per l'intelligenza, il bene per la volontà. Laonde osservandosi la non limitazione della intelligenza e della volontà relativamente ai veri ed ai beni finiti, ottimamente si argomenta, essere Dio l'ultimo fine dell'uomo, l'obbietto specifico della sua felicità. (PRISCO, *Metafisica della Morale*, par. I. Antrop. mor., lez. III, n. 30).

contradictionem naturae eiusque auctoris, h. e. Dei, *nego*, et *nego* pariter *cons.*

§ IV. ARGUMENTUM HISTORICUM.

Historicum appellamus argumentum desumptum ex factis plurimis historice certis, quae totius naturae finitae ordinem et facultatem excedunt, quaeque proin non nisi a Deo omnipotenti repeti possunt.

THESIS. — *Plurima facta historica arguunt existentiam Dei.*

Prob. — Iuxta Augustinum, Bossuet, Vico, aliosque viros praestantissimos, tota historia, attente consideranti, evadit manifestatio Dei eiusque attributorum. Sed manifestatio haec enituit 1) in historia populi electi V. T., cuius vita religiosa et politica complectitur cum prodigiis et prophetiis pervulgatis; enituit 2) in apparitione Domini nostri I. C., cuius doctrina theoretica et practica, cuius publica certissimaque miracula evidenter comprobarunt eius divinam missionem iam a pluribus saeculis praevisam atque descriptam; enituit 3) et adhuc enitet in christiana Ecclesia, nam: - a) eius rapida propagatio, mediis omnino insufficientibus, et eius iugis conservatio tot inter hostes, sive internos, sive externos, non nisi ope moderatoris omnium explicari possunt; - b) eius annales, eius solemnitates, eius monumenta diversa testantur multa in suo gremio semper facta accidisse, quae, visa a doctis atque indoctis, excussa ab amicis atque ab inimicis ordinis supernaturalis, aperte commonstrarunt et commonstrant existentiam Dei summi omnipotentis, qui cuncta *imperio regit unus aequo* (1).

(1) Etiam nunc temporis, quidquid blaterent adversarii, facta eiusmodi supernaturalia quotidie renovantur, praesertim Lourdes. « Quivi, se si guarda al numero, alla pubblicità, alla grandezza dei miracoli che si operano da trent'anni, appena si troverà riferita nella Storia della Chiesa una dimostrazione del soprannaturale, che i moderni infedeli non la pos-

Obi. I. — Argumentum historicum, pro existentia Dei, nihil probat. Et vero (ut silentio praetereamus quaestiones interminabiles quae fieri possent circa divinitatem christianae religionis deductam ab eius rapida propagatione et iugi conservatione, et circa divinitatem I. C. deductam a sublimitate eius doctrinae et sanctitatis), praesens argumentum innititur factis scientiae penitus contrariis, scilicet miraculis.

R. — Circa divinitatem religionis deductam ab eius rapida propagatione ac iugi conservatione, et circa divinitatem I. C. deductam a sublimitate eius doctrinae et sanctitatis, fieri possunt quaestiones interminabiles ab iis qui, aut ignorant genuinam historiam utriusque, aut contra ipsos praedudiciis et passionibus diversis laborant, aut mentem habent valde limitatam ideoque imparem comprehensioni rerum in causa, *conc.*; ab aliis, *nego* (1). Videsis aliquem ex in-

sano vedere coi propri occhi. Ma ciò che v'ha di più notevole in questa profusione di prodigi, è il mostrarsi essi, per ispeciale disposizione della Provvidenza, corredati di tutte le prove che li rendano innegabili non pure al senso comune, poichè tanti traviati ne hanno perso l'uso e il sentimento, ma eziandio alla critica più sofisticata della scienza. Quanto a ciò possiamo francamente asserire che la dimostrazione del soprannaturale ha toccato oggidì l'ultimo e supremo grado dell'evidenza; poichè oltre al manifestarsi in una serie di fatti, di cui, pur volendo, non si può dubitare, dacchè si svolgono in faccia al sole sotto gli occhi nostri, mai non si avverò per lo passato che un gruppo di miracoli, nel suo complesso e nelle particolarità, fosse sottoposto così pienamente a sindacato di uomini scienziati. Il nostro secolo pretende una dimostrazione lampante quale è quella che risulta da esperienze scientifiche? E Iddio gliel'ha concessa, a confusione degli empìi e a soddisfazione dei deboli.

» Questo fatto unico nella storia vien messo in luce nel libro recentemente pubblicato dal Dott. Boissarie col titolo di *Lourdes, Histoire medicale*; documento classico, al quale faranno capo, ancor nei secoli avvenire, gli apologisti, come alla più compiuta dimostrazione critica e scientifica del miracolo » (CIVILTÀ CATT. Ser. XV, v. I, p. 274).

(1) Peracri ingenio Napoleonis I, ut certam haberet divinitatem I. C., sat erat considerare « che unico al mondo Egli abbia solennemente affermato - *Io sono Dio* - e che l'umanità lo abbia accolto ed adorato per tale; ch'Egli abbia voluto *l'amore degli uomini*, cioè quel che v'ha di più difficile a conseguirsi nel mondo, quel che ognuno si ripromette invano da qualche amico, un padre dai figliuoli, una sposa dallo sposo,

numeris apologistis christianis, et de hac re persuasus ibis.

Quoad alteram partem obiectionis affirmantem miracula esse contraria scientiae, iterum distinguo sequenti modo: sunt contraria scientiae atheae, videlicet scientiae quae *a priori* excludit quidquid supernaturale sapit, *conc.*; sunt contraria scientiae simpliciter, videlicet scientiae verae, *nego*. Non facta scientiae, sed scientia factis conformari debet. Iam miracula, ad quae adversarios provocamus, sunt adeo certa, ut praeterea nihil. Ergo, aut Deum admittimus, scilicet admittimus ens aliquod a natura distinctum eique superius, cuius ope miracula fieri possint; aut non est cur, scientiae nomine, inter fabulas amandemus quodlibet vel certissimum aliud factum, solum quia non convenit cum ideis nostris praeconceptis.

Obi. II. — Miracula repugnant legibus physicis, quae, cum a rerum essentiis fluant, nequeunt immutari, remanentibus iisdem essentiis.

R. — Miracula non repugnant legibus physicis, nam: —

un fratello dal fratello, e ch'Egli solo abbia conseguito con una pienezza ed una costanza, che non ha esempio negli annali del genere umano... Il Cristo parla e le generazioni a lui si uniscono con vincoli più intimi e tenaci, che non sono quelli del sangue, più sacri e indissolubili di quelli di ogni altra unione. Egli accende nei cuori la fiamma di un amore, che spegne l'amore di sè, e prevale sopra ogni altro amore. A questo miracolo della sua volontà, chi non può riconoscere il Verbo Creatore del mondo? — I fondatori di ogni altra religione non hanno avuto nè pur l'idea di questo mistico amore, che è l'essenza del cristianesimo sotto il nome adorabile di *carità*. E a ciò non hanno neppure pensato perchè in quest'opera immensa di *farsi amare*, l'uomo ha il profondo sentimento della sua radicale impotenza. Perciò il *regno della carità* è il più grande miracolo di Cristo, il quale solo è pervenuto ad innalzare il cuore degli uomini sino all'invisibile ed a creare un vincolo indissolubile fra cielo e terra. Tutti quelli che credono sinceramente in lui, restano accesi di questo amore stupendo, immenso, soprannaturale; fenomeno inesplicabile a conseguirsi dalla ragione e dalle forze dell'uomo; fuoco sacro dato alla terra, del quale il tempo, questo demolitore, non può attenuare la forza, nè limitar la durata. E questa è per me la prova assoluta della *divinità* di G. C. » (CH. DE BEUTERNE (*Sentiments de Napoléon sur le Christianisme*) apud GIOVANNINI, *La forza della verità sull'errore*, p. 56-7).